Ad

lustrationem scholasticam

diebb. XXVIII et XXIX Martii

in Gymnasio Regio Lesnensi instituendam

Serenum Principem Antonium Sułkowski

Gymnasii Curatorem,

Reverendos Ephoros Scholasticos,

discipulorum parentes,

omnes denique liberalioris institutionis fautores

invitat

Georgius Schöler,

Director et Professor.

Insunt:

1) Annales Gymnasii conscripti a Directore.

2) Descriptio et collatio Codicis manuscripti Flavium Vegetium continentis — auctore Johanne Friederico Cassio, Gymnasii Professore.

Lesnae 1836, typis Güntherianis.

BIBLIOTEKA KÓRNICKA

Cz. 3102/4

Descriptio

Codicis manuscripti

Flavium Vegetium Renatum de re militari

continentis — Collationis specimine addito.

In bibliotheca Gymnasii nostri Lesnensis asservatur Codex manuscriptus, qui praeter alios infra commemorandos scriptores Vegetium quoque de re militari exhibet: cuius auctoris libros si quis accurate conferret cum editionibus recentioribus, v. c. Schwebelii, ex eiusmodi collatione haud exiguos fructus ad meliorem textum, qui desideratur adhuc, constituendum, fortasse redundaturos esse, equidem iam pridem existimabam. Quum vero mihi quidem ad talem operam tempus ab aliis studiis negotiisque vacuum tunc omnino non esset, diutius huic cogitationi non inhaesi. Jam vero accidit anno proxime elapso, ut in Annalibus philologicis et paedagogicis Seebodii, Jahnii et Klotzii, Vol. XIV. fasc. I. 1835., legerem, Fridericum Haasium, Adjunctum Scholae Portensis, editionem critico-exegeticam Scriptorum rei militaris tam Graecorum quam Latinorum parare: qua re cognita illam cogitationem memoria repetii, eamque acrius ac diligentius perpendere coepi. Ac quum hoc anno programmati scholastico dissertatio quaedam mihi praemittenda esset, hac occasione codicem illum adumbrandi et cum editione, quae adhuc exstat optima, conferendi eo libentius uti constitui, quo celerius cum viris doctis particulam qualemcunque critici apparatus communicarem. Quo in consilio sententia Virorum doctorum, quorum judicio atque auctoritati multum tribuere consuevi, me adjuvit atque firmavit.

Ne vero in Codicis, qui, ut manifesto apparet, recentioris aetatis est, collatione temere egisse viderer, satius esse duxi, viros, huius rei literariae apprime peritos, consulere. Per literas igitur adii Viros eruditissimos Ritschelium et Hoffmannum, Professores Universitatis literariae Vratislaviensis, quorum prior mihi rescripsit: nullum adhuc Codicem Vegetii plene atque accurate collatum esse, quum tamen continua tantum ac plena collatione, quamvis e recentiori Codice facta, in textu constituendo Scriptor antiquus admodum adjuvari posset. Posterior Vir doctus iudicium meum de aetate Codicis confirmavit, ac complures mihi notitias, ut ajunt, literarias de reliquis Volumi-

nis manuscripti libris, qui Vegetio nostro annexi sunt, dedit. His studium meum ad opus subeundum magis incensum est.

Itaque alacri animo ad hoc opus me accinxi: in quo hanc inire rationem primo constitueram, ut et Codicem describerem et deinceps continuum Variantium Lectionum recensum exhiberem, quibus a Schwebelii editione, Norimbergae 1767 — hucusque nisi recentissima tamen notissima — differret. Sed mox intellexi, tantam fore materiae copiam, ut modum programmati scholastico praescriptum longe excederet. Quapropter ab hoc consilio revocatus, hic post Codicis descriptionem, selectas modo variantes Lectiones, ex mea quidem sententia gravissimas proponam, easque quarum Schwebelius in annotationibus nullam fecit mentionem. At si quis Virorum doctorum totam collationem, quam paratam habeo, in suos usus convertere velit, lubenti animo, quod paravi, cum eo communicabo.

Complectitur autem, ut iam supra monui, Volumen hocce Codicum manuscriptorum non solum Vegetium, sed alia quoque scripta et argumento et aetate longe diversa, quorum titulos deinceps perscribam. Libris Gymnasii assertum est a Nobilissimo, Eruditissimo Stoephasio, Gymnasii Directore emerito, qui id a bibliopola antiquario, quem vocant, Varsoviae emtum suis libris olim adiunxerat.

Est Codex papyraceus, satis firma charta, diptychis chartis minoribus — quam formam vulgo folium minus vocant. — Folia in marginibus quidem humore corrupta, temporisque injuria prima folia atque extrema molliora sunt et satis lacera, nec tamen ipsae literae violatae. Quae enim in exitu totius Voluminis corruptae ac deletae literae inveniuntur, non nostri Vegetii sunt Codicis. Tegumentum libri decerptum est, sed restant singula folia tenuioris membranae ab utraque parte Voluminis. In externa anterioris membranae pagina scriptum legitur:

Iste lyber est monachorum in lynda et est comparatus pro sex florenis ungarica II.

Nota, quae in fine addita est, (II), compendium esse videtur vocabuli libra. — In interiore eiusdem folii pagina haec reperiuntur:

liber sancte Marie sanctique Nicolai in Monasterio Lynda Amen.

ac multo inferius:

hic continentur
- Vegecius de re militare
- Vita Magni Alexandri
- Secreta Secretorum
- Reigimen principum
- Prophecie Sancte Brigitte
- Historia troyani guidonis.

In membranaceo folio aversae partis, cuius vix exstat dimidium, praeter nugas aliquot haec leguntur:

Liber Sancte Marie Sanctique Nicolai in Monasterio Landen Situm in Regno Sarmacie.

De monasterio Lynda v. Landen non satis mihi constat. Ex iis, quae a viris earum rerum peritis et ex libris geographicis suppeditata habeo, duo esse in Regno, quod etiam nunc est, Poloniae oppida perexigua Ląd (Lond) et Lende edoctus sum, in quorum utroque olim Mona-

sterium Ordinis Cisterciensium fuit. Probabilius tamen videtur, Lende illud esse, ex cuius libris codex noster olim fuerit, quodque hic Lynda v. Landen vocatur. *)

Aetatem Codicis vix ante annum 1480 ponerem. Hoc quidem ex literarum formis coniicio persimilibus iis, quae exhibentur in tabula lithographica, descriptioni Codicis Pauli Paulirini Cracoviae asservati addita, cui quidem Codici annus assignatur 1459. **) Sed procul dubio Codex noster serius est aliquanto scriptus, id quod colligo ex Bulla Pontificis Maximi Sixti Prophetiis Sanctae Brigittae, quae nostro Volumine continentur, adjecta: quae Bulla annum habet MCCCCLXXV. Neque tamen prorsus affirmare ausim, Codicem Vegetianum serius hac Bulla scriptum esse: fieri enim potuisset, ut singuli Voluminis libri non deinceps, ut nunc quidem reperiuntur, nec continuo tempore aut eodem loco scripti, et multis annis inter se diversi, longo tempore post in unum corpus conjuncti essent: quo facto nostri Vegetii Codex satis diu ante reliquos libros scriptus ac deinde cum his in unum volumen posset esse compactus: id quod diversae quoque manus scribentium testari videntur.

De regione, qua scriptus sit Codex, non habeo, quod pro certo ponam, quum et literarum forma et verba scribendi ratio (Orthographia) nihil differre videatur ab ea, quae illa aetate fere ubivis usitata fuit.

Constat Voluminis pars, Vegetium complectens foliis 29, una tamen abscissa, qua pauca de exitu operis interiere, quae in editione Schwebeliana p. 175 — 176 a verbo naves usque ad finem efficiunt versus 15.

Scriptus est textus chartis, ut iam supra monitum, diptychis, duabus columnis, et in capita s. capitula — ut apud ipsum librarium est — divisus, quibus nonnunquam verba incipit et explicit, ut assolet, addita sunt: quae verba initio et fine singulorum librorum nunquam desiderantur. Foliis numeri non sunt adjecti. Singulis libris post prologum argumenta capitum sunt addita, interdum cum argumentis ipsius textus capitibus praepositis non prorsus et ad verba consona. Libro IV. argumenta capitum adjuncta sunt, quae in Schwebelii editione librum V. de re navali efficiunt, ac pariter textus omnium illorum capitum libro IV. adscriptus est, id quod teste Schwebelio in aliis quoque Codicibus reperitur.

---

*) cf. S. I. R. J. S. A. Polens Ende hiſtoriſch, ſtatiſtiſch und geographiſch beſchrieben. Warſchau 1797. p. 67. 68., p. 133., p. 136. Kleinere Oerter: Lende, Lęde, Landen, ein kleiner Ort an der Warthe, woſelbſt ein kleiner Kaſtellan und eine Abtei Ciſtercienſer Ordens iſt, mit 25 Rauchfängen. — Geographie und Statiſtik von Weſt- Süd- und Neu-Oſt-Preußen von A. C. v. Holſche, II. B. Berlin 1804. p. 260. Tabelle der Klöſter:

No. 13. Ciſterzienſer 64 Lende Mannskloſter 36 Mönche
66 Ląd desgleichen 33 —

— Opis Xięstwa Warszawskiego przez Jerzego Benjamina Flatta. Poznań. 1809. p. 96. — Obraz jeograficzno - statystyczny Krolestwa Polskiego. Przez Franciszka Rodeckiego. W Warszawie Nakładem Autora. W drukarni Antoniego Gałęzewskiego i Komp. 1830.

**) Hic Codex olim famosus in monogrammate adumbratus est, qui inscribitur: Pauli Paulirini, olim Paulus de Praga vocitati, Viginti artium Manuscriptum librum, cuius codex Membran. in Bibl. Univers. Jagellonicae Cracoviae asservatus, Twardovio vulgo tribuitur, descripsit vitamque auctoris adjecit Josephus Muczkowski. Accessit tabula lupidi incisa, Cracoviae MDCCCXXXV.

Literis uncialibus raro appictis spatium vacuum relictum est. Literae maiusculae in nominibus propriis interdum positae, interdum omissae, saepissime etiam in aliis vocibus vel levissimis temere adhibitae. Interpunctione librarius summa incuria usus est, ut aut negligeret plerumque, aut non iusto loco poneret. Quae in his rebus Codicis ratio sit, quum ex Lectionum specimine, tum ex imitatione eius in tabula lithographica, Fac simile quod hodie dicunt, cognoscere licet. Quod ad literarum formas attinet, non sine elegantia quadam et diligentia exaratus est codex. Una columna folii XXVIti ab alia manu, alio saltem charactere, multo pejore, scripta est.

Non eadem, quae in literarum formis, in textu etiam conscribendo cura laudanda. Nonnunquam per aberrationem oculorum singulae voces, aliquoties et tota sententiae membra desunt; haud raro sive per incuriam, sive per inscitiam errores in scribendo commissi. Hoc enim modo scripsit librarius: legiones pro ligones, tumulo pro tumultu, valle pro vallo, partibus pro paribus, Mautiniam pro Mauretaniam; Lib III. 21. libenter cupit enim mori pro libenter cupit commori, vel rota pro veruta, ut pro et et vice versa. Haud raro conjunctivum et indicativum modum verborum miscuit et vitiose usurpavit. Graecarum literarum rudis, Graeca quae leguntur singula verba aut spatio relicto omisit, aut vera monstra verborum Latino charactere dedit.

Orthographia non alia videtur usus esse, quam quae exeunte seculo XV. in usu erat, id quod laudata descriptione Codicis Pauli Paulirini confirmatur. Ita semper pro ae scriptum legitur e, c pro t secundum pronunciationem hodieque usitatam, i saepe scribitur y, interdum pro y invenitur i; h ab initio verborum et in mediis vocibus, in aliis retinetur, ab aliis abest, perperam additur in aliis; th admodum arbitrarie et promiscue usurpatum est, ph saepe per literam f exprimitur, neque in iisdem verbis eadem semper ratio scribendi servatur.

Liceat hic de hisce, quae notatu dignissima mihi visa sunt, exempla quaedam apponere. — estivus, equaliter, cesim, dextere (ae), Greci, hee (hae), ere (aere), tyro, ymbribus, hy, ocium, tocius, lacioribus, pabulacio, solucior, perhennitas, arpagones, ortorum, astati et hastati, ordeum, habundaret, authoꝛ et auctor, elephanti et elefanti, scafula, falanges, michi, nichil, capud et velud (semper), relinquid, (passim), temptaret, autumpnalia, ampnes, (amnes), dampno, ceperunt (coeperunt), pena (poena), conswerit, et sic semper gw. pro gu, Lacedomonii (semper), cottidiano, scole, delectu, (pro quo Schwebelius semper dilectu dedit.)

Scripturae compendium, quod frequentissimum Codex habet, suetum est ac notum, qua de causa exempla afferre supervacaneum visum.

Sequitur iam, ut pro specimine collationis Lectiones variantes, quae mihi maxime memorabiles visae sunt, quibusque discrepat Codex cum Schwebelii editione, apponam. In quo recensu conficiendo ea ratione usus sum, ut duabus columnis ab altera parte Codicis ab altera Schwebelianae editionis lectiones suggererem, paucis tantum variantibus, quarum Schwebelius in commentario critico mentionem fecit, catalogo huic adiectis.

Lib. I.

Prologus.

Codex.	Editio Schwebelii.
Antiquis temporibus mos fuit, bonarum arcium studia mandare litteris atque in libros redacta offerre principi quia neque recte aliquid inchoatur nisi praenotum fuerit Imperatori.	Antiquis temporibus mos fuit, bonarum artium studia mandare litteris, atque in libros redacta offerre principibus, quia neque recte aliquid inchoatur, nisi post Deum faverit Imperator.
Hac ergo imitacione compulsus dum considero clemenciam vestram ausibus litterarum magis ignoscere posse quam ceteros Quamvis inferiorem me antiquis scriptoribus esse vidissem.	Hac ego imitatione compulsus, dum considero clementiam vestram ausibus litterarum magis ignoscere posse, quam ceteros: tanto inferiorem me antiquis scriptoribus esse vix sensi.
Cap. II.	
Et omnes naciones, que sunt soli vicine nimio calore siccate amplius quidem sapere sed minus habere sanguinis dicuntur.	Omnes nationes, quae vicinae sunt soli, nimio calore siccatas, amplius quidem sapere, sed minus habere sanguinis dicunt.
E contrario septemtrionales populi - - - s. a. b. p.	Contra septemtrionales populi - - - sunt ad bella promtissimi.
Cap. III.	
Sequitur utrum de agris an ex urbibus utilior sit tyro requiramus.	Sequitur ut, utrum de agris, an de urbibus utilior tiro sit, requiramus.
Apciorem armis rusticam plebem que sub divo et in laboribus enutritur.	Aptiorem armis rusticam plebem, quae sub divo et in labore nutritur.
Cap. VII.	
Et in hoc tocius reipublice salus vertitur.	Et hoc est, in quo totius reipublicae salus vertitur.
Nec leve putetur hoc officium.	Nec leve hoc officium putetur.
Cap. XI.	
Antiquis invenitur in libris hoc genere exerceri tyrones.	Antiqui (sicut invenitur in libris) hoc genere exercuere tirones.
pro gladiis tyrones habebant.	pro gladiis tironibus dabant.
ut nunc quasi capud peteret aut faciem.	ut nunc quasi caput aut faciem peteret.
Cap. XV.	
ut ad illud quod feriendum est oculis pariterque animus consenciat.	ut ad illud, quod feriendum est, oculus pariter animusque consentiant.
aliter superiorem se futurum esse non credidit.	aliter se superiorem futurum esse non credidit.

Cap. XVI.

Codex.	Ed. Schwebelii.
hostis lapide ictus intereat.	hostis lapidis ictu intereat.
quia fundam portare labor nullus est.	quia fundam portare nullus est labor.

Cap. XVII.

priusquam non modo ad manum, sed ad iactum missilium potuerit perveniri.	priusquam non modo ad manum, sed ad ictum missilium potuerit perveniri.

Cap. XVIII.

Non tantum autem a tyronibus sed eciam a stipendiosis militibus salicio equorum districte est semper exercenda.	Non tantum autem a tironibus, sed etiam a stipendiosis militibus salitio equorum destricte est semper exacta.

Cap. XX.

pila vocabantur ferro subtili trigono prefixa unciarum novem sive pedali quod in scuto fixum non posset abscindi et loricam scienter ac fortiter directum facile perrumpit.	Pg. 29. pila vocabantur, ferro subtili trigono praefixa, unciarum novem sive pedali, quae in scuto fixa non possent abscindi, et loricam scienter et fortiter directa facile perrumpunt:

Cap. XXVI.

ita rariores atque interlucentes aditum perrumpendi hostibus dabunt Necesse est autem statim omnia confundi.	ita rariores atque interlucentes aditum perrumpendi hostibus praestant. Necesse est autem statim metu universa confundi.

Cap. XXVII.

ut et aliquid itineris spacium cursu alacriore conficerent.	ut aliquam itineris partem cursu alacriore conficerent.

Cap. XXVIII.

Sed longeva securitas pacis homines partim ad etc.	Sed longae securitas pacis homines partim ad delectationem otii, partim ad civilia traduxit officia.
Ita cura exercicii militaris primo negligencius actitari.	Ita cura exercitii militaris primo negligentius agi.

Liber II.

Prologus.

quam mens poterat terrena concipere.	quam mens terrena poterat concipere.
Rursus tanti Imperatoris non obedire preceptis.	Rursum tanti Imperatoris non obedire mandatis.

Cap. I.

Et maior numerus peditum quam militum (fortasse equitum) expensa minore nutritur.	Et maior numerus peditum sumtu et expensa minore nutritur.

Codex.	Ed. Schwebelii.
Exercitus ex re ipsa atque opere exercicii nomen accepit, ut ei nunquam liceret oblivisci quod vocaretur.	Exercitus ex re ipsa atque opere exercitii nomen accepit, ut ei nunquam liceret oblivisci, quod vocabatur.
Cap. II.	
Denique cum in expedicionibus plurimum prosit omnibus militibus unius precepti significacione converti, cet.	Denique cum in expeditionibus plurimum prosit, omnes milites unius praecepti significatione converti, non possunt aequaliter jussa complere, cet.
Cap. VII.	
Ordinarii dicuntur qui in prelio quia primi sunt et ordines ducunt.	Ordinarii dicuntur, qui in praelio primos ordines ducunt.
Cap. VIII.	
Vetus tamen obtinuit consuetudo.	Vetus autem consuetudo tenuit.
Cap. IX.	
Si miles crimen aliquod comisisset authoritate prefecti legionis a tribuno deputabatur ad penam.	Si miles crimen aliquod admisisset, auctoritate praefecti legionis deputabatur a tribuno ad poenam.
Cap. XIII.	
cohortes in centurias diviserunt, ex centuriis singulis singula vexilla constituerunt.	cohortes in centurias diviserunt, et singulis centuriis singula vexilla constituerunt:
quatenus error non existeret.	quatenus nullus error exsisteret.
Cap. XVI.	
ut si prime acies vincerentur abhys de integro reparata pugna posset sperare victoriam.	ut, si prima acies vinceretur, ab his, quasi de integro reparata pugna, posset reperiri victoria.
Cap. XVIII.	
Omne opus difficile videtur antequam temptes.	Omne opus difficile videtur ante tentamentum.
Cap. XX.	
Addebatur eciam saccus undecimus in quem tota legio particulam aliquam conferebat sepulturae, scilicet ut si quis etc.	Addebatur etiam saccus undecimus, in quem tota legio particulam aliquam conferebat, sepulturae scilicet causa, ut, si quis ex contubernalibus defecisset, de illo undecimo sacco ad sepulturam ipsius promeretur expensa.
Cap. XXI.	
Ideo primipili centurio postquam in orbem omnes cohortes per diversas administraverit scolas	Ideo primi pili centurio, postquam in orbem omnes cohortes per diversas administraverit scho-

Codex.	Ed. Schwebelii.
in prima cohorte ad hanc pervenit palmam, in qua ex omni legione infinita commoda consequatur.	las, in prima cohorte ad hanc pervenit palmam, in qua ex omni legione infinita commoda consequitur.
	Cap. XXII.
Ergo quociens ad aliquod opus exituri sunt soli milites, tubicines canunt quociens movenda sunt signa cornices canunt Quociens autem pugnatur et tubicines et cornices pariter canunt.	Ergo quotiens ad aliquod opus exituri sunt soli milites, tubicines canunt. Quotiens autem pugnatur, et tubicines et cornicines pariter canunt.
	Cap. XXIII.
De comuni exercicio omnium militum et peditum.	De exercitatione militum.
sed post quantavis volueris stipendia etc.	Sed post quanta volueris stipendia, inexercitatus miles semper est tiro.
Ne intermissa consuetudine et animus militum debilitaretur et corpora.	P. 71. fin. ne intermissa consuetudo et animos militum debilitaret et corpora.
	Lib. III.
	Prologus.
Igitur qui desiderat pacem preparet bellum.	P. 76. fin. Ergo qui desiderat pacem, praeparet bellum.
Nemo provocare, nemo audet offendere quem intelligit superiorem esse pugnatorem.	Nemo provocare, nemo audet offendere, quem intelligit superiorem esse pugnaturum.
	Cap. I.
Primus liber tyronum delectum exerciciumque depromsit, sequens legionis institutionem et disciplinam hic tercius classicum sonat.	Primus liber tironum dilectum exercitiumque depromsit, sequens legionis institutionem disciplinamque edocuit militarem; hic autem tertius classicum sonat.
Exercitus dicitur tam legionum quam eciam auxiliorum nec non equitum etc.	Exercitus dicitur tam legionum, quam etiam auxiliorum, nec non etiam equitum, ad gerendum bellum multitudo collecta.
Nam cum et Xzersis et darii etc. qui innumerabiles armaverant populos exempla leguntur evidenter apparet, nimium copiosos exercitus magis propria multitudine quam hostium virtute dispersos (profecto ex genuino depressos corruptum).	Nam cum Xerxis, et Darii etc., qui innumerabiles armaverant populos, exempla releguntur, evidenter apparet, nimium copiosos exercitus, magis propria multitudine, quam hostium virtute depressos.
Nam quantum libet studiose paretur annona, tanto maturius deficit etc.	Nam quantum libet studiose praeparetur annona, tanto maturius defit, quanto pluribus erogatur.

Codex.	Ed. Schwebelii.
non tam numerosos quam eruditos armis exercitus cet.	non tam numerosos, quam eruditos exercitus habere voluerunt.
ideo sufficiebant militum copiae quia iudicabant utilius non tam grandes exercitus habere quam doctos Illa tamen ratione servata ne unquam amplior multitudo socialium etc. (Verbum doctos videtur ex antecedentibus illatum: numerosos — eruditos. Hoc autem loco agitur de pluribus exercitibus utilioribus quam magnis.)	ideo sufficiebant militum copiae, quod utilius iudicabant, non tam grandes exercitus habere, quam plures. Illa tamen ratio est servata, ne unquam amplior multitudo sociorum auxiliariumve esset in castris, quam civium Romanorum.
Cap. II.	
Nunc quoque vel maxime providendum et quemadmodum sanitas custodiatur exercitus admonendum.	Nunc (quod vel maxime providendum est) quemadmodum sanitas custodiatur exercitus, admonebo.
nec perniciosis vel palustribus aquis etc.	nec perniciosis vel paludosis aquis utatur exercitus.
qui prohiberi non potest nisi etc.	qui prohiberi non potest aliter, nisi frequenti mutatione castrorum.
Cap. III.	
Ante igitur quam indicetur bellum etc.	Ante igitur quam inchoetur bellum, de copiis, expensisque sollers debet esse tractatus.
Frequenter autem necessitas geminatur et obsidio sepe fit longior quam putatur.	Frequenter autem necessitas geminatur, et obsidio saepe fit longior quam putaris.
Sed fidelis annone custodia etc.	Sed fidelis horreorum custodia, et erogatio moderata, consuevit sufficere pro copia, maxime si ab initio procurentur.
Ceterum sera parsimonia est servare tunc cum deficit.	Ceterum sera parsimonia est, tum servare, cum deficit.
Cap IV.	
- - - - - ne sedicione turbentur milites.	Quemadmodum oporteat providere, ne milites seditionem faciant.
preterea metuentes prelium qui armorum exercicia declinarant ad huius modi precipitantur audaciam.	praeterea metuentes praelium, qui armorum exercitia declinant, ad eiusmodi praecipitantur audaciam.
inspectationemque etc.	inspectionemque armorum assidue faciant, cet.
ad vectes - - - - - - - - - - feriendos, cet.	ad vectes, pro similitudine gladiorum, punctim caesimque feriendo, multo die, usque ad sudorem sunt frequentissime detinendi, cet.

Codex.	Ed. Schwebelii.
ut ad omnes metus propter paucorum penas perveniat.	ut ad omnes metus, ad paucos poena perveniat.
Cap. V.	
Quorum vocalia cet. (Hanc lectionem Codicum Guelph. B. et C. pro vulgata vocabula noster quoque tuetur.)	Quorum vocalia et semivocalia percipiuntur auribus.
sicut in vigiliis et in preliis pro signo dicitur.	sicut in vigiliis, vel in praelio pro signo dicitur.
— hostium quod prodit adventum.	quotiens, proficiscente turba, excitatus pulvis ad similitudinem nubium surgit, hostiumque prodit adventum.
Cap. VI.	
(Haec omnia iisdem verbis Codex exhibet, et tantummodo turbat habet pro turbatur, spatio tamen omissae forsan syllabae relicto. Firmatur itaque Stewechii conjectura ex depravatis reliquorum codicum lectionibus facta et a Schwebelio in textum recepta; cf. Schw. in annott.	In itinere autem minus armatus minusque attentus est miles, et superventus impetu vel fraude subsessae repente turbatur.
Omnique diligencia providere dux debet, ne etc.	omnique diligentia providere debet dux, ne proficiscens patiatur incursum.
ita ut locorum intervalla non solum passuum numero sed eciam viarum qualitate perdiscat: (Cf. Schw. in annott. qui contra omnium librorum Veterum consensum ait, non sustinuisse se quidquam mutare.)	ita ut locorum intervalla non solum passuum numero, sed etiam viarum qualitates perdiscat:
- - - - - - semper esset occultum.	P. 88. ut, quemadmodum ille in intimo et secretissimo labyrintho abditus perhibetur, ita ducis consilium semper occultum esset.
Securum iter agitur, si quod agendum est hostes minime suspicantur.	Securum iter agitur, quod agendum hostes minime suspicantur.
suspectionibus (Hic quoque codex sagmarii pro vulgata sagittarii exhibet. cf. Schw. in annott.)	quia exploratores altrinsecus missi, profectionem suspicionibus, vel oculis deprehendunt.
pugnantes milites turbarentur. (Et hic codex pro vulgata inter prolata cum optimis libris dat interpolata. cf. Schw. in annott.)	P. 89. impedimenta, sagmarii, calones, vehiculaque in medio collocentur, cet. ne a calonibus interdum vulneratis, interdum timentibus, et sagmariis clamore pavefactis milites turbarentur. Continuo enim hostes interpolata pervadunt.
qui alacriores retardant (Indicativus modus vitiose quidem positus.)	Pag. 90. qui alacriores tardent, cet.

Codex.	Ed. Schwebelii.
Sed ne secreta noceant, ducis praestet industria, cui omnia etc.	Sed ne secreta noceant, ducis praestat industria, quem omnia prius convenit explorare.
Cap. VII.	
— fasciculos.	Expediti vero equites fasces de cannis aridis vel ulva facere consueverunt, cet.
Cap. VIII.	
nisi talis ut eo alter non possit melior inveniri;	nisi talis sit, ut alter eo non possit melio inveniri;
ne sit abruptus ac devius et circumsidentibus etc.	ne sit (sc. campus), in abruptis ac deviis, ne circumsedentibus adversariis difficilis praestetur egressus.
tertia pars longitudinis adicitur. (adjicitur)	tertia pars longitudinis additur.
Primum in unius noctis transitum et itineris occupacionem leniorem cum sublati etc.	Primum in unius noctis transitum, et itineris, occupatione leniore, cum sublati cespites ordinantur, et aggerem faciunt, cet.
quos circuitores appellabant nunc milicie factus est gradus circitores vocantur.	Pag. 95. quos circitores appellabant. Nunc militiae factus est gradus, et circitores vocantur.
Item precipue convenit ducem providere, cet.	Inter praecipua convenit ducem providere, cet.
Nam a castris diminutivo vocabulo etc.	Nam a castris diminuto vocabulo sunt nuncupata castella.
Cap. IX.	
Quisquis hos rei bellicae etc.	Quisquis hos artis bellicae commentarios — legere dignabitur:
quam primum racionem prelii cet.	quam primum legem praelii depugnandique cupit audire praecepta.
describam Precipua ars cet.	quae necessaria admodum sunt, ab antiquis reperta perscribam. Praecipua res et utilitas ducis est cet.
sepius sine ferro.	Pag. 97. nam fames (ut dicitur) intrinsecus pugnat, et vincit saepius, quam ferrum.
vel eius comites qui sint nosse	Ad rem pertinet, qualis ipse adversarius, vel eius comites optimatesque sint, nosse:
que gentes cum hys fortes que ignave sint et nostra auxilia cuius fidei quarumque sint virium.	quae gentes cum his fortes, quaeve ignavae pugnaverint; nostra auxilia cuius fidei, quarumque sint virium.
Interest utrum tyrones aut veteres milites et utrum ante breve tempus in expedicionibus fuerint an annis aliquot in pace duraverint.	Interest tirones an veteres milites habeas; utrum ante breve tempus in expeditionibus fuerint, an per annos aliquos in pace durarint.

Codex.	Ed. Schwebelii.
(Cf. Schw. in annott: Vulgata dux optimus, quam et noster habet, contra Scriverium et Schwebelium tuenda videtur. Non enim optimi eligendi sunt, qui et separatim et post in unum collecti a qualicunque duce exerceantur: sed quicunque dux optimus esse velit, is et separatim singulos electos et post in unum collectos-exercebit. In verbis electos et quorum scitur industria, iam satis significatur, optimos esse legendos, ut diserte addi non oporteat.)	Pag. 98. Sed cum legiones, auxilia, vel equites ex diversis advenerint locis, dux optimos, et separatim singulos numeros per tribunos electos, quorum scitur industria, omni genere exercere debet armorum: et post in unum collectos, quasi depugnaturos conflictu publico, exercebit ipse.
Cap. X.	
omnes culpas militares vindicet nulli errantium credat ignosci debere etc.	omnes culpas militares legibus vindicet; nulli errantium credatur ignoscere, in diversis locis, in diversis occasionibus omnium experimenta praecipiat.
experimenta capiat.	superventus nullo sciente disponat, atque iter suum ita temperet, ut aut cibum capientes, aut dormientes, aut vacantes certe, securos, inermes, discalceatos, distractis equis, nihil suspicantes ipse paratus invadat.
(Cf. Schw. in annott: Quam hic Schw. iudice Scriverio conjecturam Stewechii esse opinatur destratis equis, eam noster exhibet.)	
nullus fossam agit valloque etc.	Pag. 100. Multi anni sunt, quibus nullus fossa, vel aggere valloque mansurum circumdat exercitum.
Sed ne impossibile videatur reparari disciplinam- - - - - - doceamus exemplis.	Pag. 101. Sed ne impossibile videatur, disciplinam, cum usus intercidit, reparari, doceamur exemplis.
exercitus sepius victos accepit.	exercitus frequenter victos accepit.
Gayus Marius.	C. Marius.
Cap. XI.	
et publici conflictus ad certum et ad fatalem diem etc.	Praemissis levioribus artibus belli, ad publici conflictus incertum et ad fatalem diem nationibus ac populis, ratio disciplinae militaris invitat.
ut citaciores sumpta esca redderet. (Quod Schw. in annott. dicit, in impressis tantum legi, id cod. noster habet.)	ut audaciores sumtus escae redderet.
Cap. XII.	
hortacione ducis	Monitis tamen et oratione ducis exercitui virtus crescit.

Codex.	Ed. Schwebelii.
qua sperent se ad victoriam perventuros.	praecipue si futuri certaminis talem acceperint rationem, quasi sint facile ad victoriam perventuri.
infirmiores	Sine dubio autem formidolosiores sunt, quorum mentes ipse confundit adspectus.
Cap. XIII.	
sequi debebis paullo qu dem ediciora loca, cet.	sequi debes paullo equidem editiora loca, cet.
Cap. XIV.	
— incursuque	vehementius enim cum saltu cursuque tela mittuntur.
poterunt prosequentur.	Qui si hostes in fugam vertere potuerint, ipsi cum equitibus prosequuntur.
Cap. XV.	
(Totus hic locus a cod. nostro pariter atque ab aliis quibusdam abest. Cf. Schw. in annott.)	Si autem in ternos ordinare volueris; XXI. pedes in latum, et II. M. passuum in longum, X. M. tenebit exercitus.
sine aliqua difficultate etc.	sine aliqua dubitatione difficultatis poterunt ordinari.
Cap. XVI.	
Nam nescio qua occulta racione ymo pene divina alii contra alios dimicantes conflictu meliore qui forciores etc.	Nam nescio qua occulta ratione, immo paene divina, alii contra alios dimicant melius: et qui fortiores vicerant, ab inferioribus saepe vincuntur.
quos velites nominabant.	quos expeditos velites nominabant.
equites hostium fuerint tamen etc.	Quo facto quamvis fortissimi hostium venerint equites, tamen adversus mixtum agmen pares esse non possunt.
Cap. XVII.	
habeat dux post aciem praeparatos. (Cf. Schw. in annott., ubi Stewechius omnes ait, quotquot vidisset codd. scriptos et impressos abjecisse illa in subsidiis.)	habeat dux post aciem in subsidiis praeparatos.
Cap. XVIII.	
Dux primus in quo loco etc.	In quo loco primus dux stare debeat.
contra quod ipsum stat circuire debet et a tergo semper urgere.	quod contra ipsum stat, circuire, et a tergo semper urgere debet.

Codex.	Ed. Schwebelii.
eam sustineat et firmet.	Secundus dux in media acie ponitur peditum, qui eam sustentet et firmet.
quid tibi utile iudices, cet.	quia ex arbitrio tuo potes facere, quod tibi utile iudicas, cet.
	Cap. XIX.
(Haec verba, quae Scriverius a quibusdam libris abesse dicit, Schwebel. in Guelph. B. desiderari, in aliis capiti praecedenti adnexa affirmat: in nostro Cod. prorsus, ut iuxta, ex Schwebelii editione, posita habes leguntur.)	Exceptis superventibus vel incursionibus repentinis ex occasione, quam nunquam dux exercitatus amittit, cet.
quos dicunt droncos (et sic saepius pro drungos droncos habet.)	circumveniantur - - - aut a vagantibus globis, quos vocant drungos.
Nam ex lectissimis militibus in literam C vel V ordo componitur. (Cf. Schw. in annott.)	Nam ex lectissimis militibus confertis in similitudinem V literae, ordo componitur;
	Statim enim nascitur tumultus atque confusio; et imparatis conturbatisque facilius hostis incumbit.
quia in imparatos et conturbatos facilius hostis incumbit.	
	Cap. XX.
Secunda depugnacio est obliqua plurimis melior etc.	Secunda depugnatio est obliqua, quae plurimis melior etc.
ne vel missibilia ad eam vel etc. (et ita saepius cod. variat, modo missilia modo missibilia exhibens.)	ne vel missilia ad eam, vel sagittae perveniant:
acies in hoc dimicandi genere componitur.	acies in hoc dimicandi genere constituitur.
et in aggressu ipsam primam ad alam hostium dextram iunge et quantum potes adversarii dextram partem impellere et circuire festina. (Cf. Schw. in annott.)	P. 116. in: et in congressu ipsam primam applica ad alam hostium dextram, et, quantum potes, adversarii dextram partem pellere et circumire festina.
subito ambas alas tuas incitare convenit:	subito ambas alas tuas incitare te convenit:
et sagittarios ante primam aciem ponit; (Cf. Schw. in annott.)	et sagittarios ante mediam aciem ponit;
exercitus longe ab adversariorum acie remove. (Cf. Schw. in annott.)	P. 117. Reliquam autem partem exercitus tui longissime ab acie adversariorum remove.
Nam cum sinistram partem illius a lateribus et a tergo ceperis cedere sine dubio vertetur in fugam.	Nam cum partem sinistram illius, et a lateribus, et a tergo coeperis caedere, sine dubio vertes in fugam.
Tunc securius cum tuo adversario pro tuo arbitrio confliges;	Tunc securius pro tuo arbitrio cum hoste confliges;

Codex.	Ed. Schwebelii.
Cap. XXI.	
in ultimo more pecudum trucidantur. (In Vulgatis legitur multi et in Codice Guelpherb. qui a prima manu habuit multi, rescriptum est inulti; cuius lectionis veritatem depravata nostri Codicis lectio, in qua tantum prior syllaba vocabuli more in verbo ultimo perperam repetita est, confirmat.)	inulti more pecudum trucidantur.
(Quae hic ante Schwebelium in editionibus legebantur verba in fugam post converterint, quaeque a tribus dicit Guelpherb. abesse, ea a nostro quoque Codice absunt. Cf. Schw. in annott.)	cum victi, quibus defendi potuerint, arma converterint.
Cap. XXII.	
quemadmodum pedites abscedebant.	ut discurrentes adversarios videre non sinerent, quando pedites abscedebant.
quos sensim post aciem seque ad illos iungebant quos subduxerant primum.	quos sensim postea cessimque ad illos iungebant, quos primum subduxerant.
quia adversum fugientes maior audacia et maior incuria est.	P. 120. quia adversus fugientes maior audacia et minor cura est.
quas concides vocant (Cf. Schw. in annott.)	praecisis arboribus vias claudunt, quas concaedes vocant; cet.
Cap. XXIII.	
Ceterum preter novitatem si ab insolitis videantur inefficax est.	Ceterum praeter novitatem inefficax bello est.
sed propter impedimentum et pondus armorum capi faciles et laqueis frequenter obnoxii post dispersos pedites quam contra equites in certamine meliores, tamen aut ante legiones positi aut cum legionariis mixti etc. (Cf. Schweb. in annott., ubi de hoc loco in omnibus Mscr. corrupto copiose egit.)	sed propter impedimentum et pondus armorum capi eos facile est, quoniam frequenter obnixi contra dispersos pedites, quam contra equites. In certamine meliores tamen, aut ante legiones positi, aut cum legionariis mixti etc. (de equitibus cataphractis sermo est.)
Cap. XXIV.	
Tribulus autem est ex quatuor palis - - - - - - quod quoquomodo abieceris tribus radiis stat.	Tribulus autem est quatuor palis confixum propugnaculum, quod, quomodo abieceris, tribus radiis stat.
Cap. XXVI.	
usu exercicio armorum genere et equorum nobili-	P. 128. De equitatu sunt multa praecepta: sed cum haec pars militiae, usu exercitii, armorum genere, equorum nobilitate profecerit, ex

Codex.	Ed. Schwebelii.
tate profecerit nichil arbitror ex libris colligendum cet.	libris nihil arbitror colligendum, cum praesens doctrina sufficiat.
obsistere.	ne aliquibus remediis resistere moliantur.
Epilogus.	
vellet imitari si posset.	ad equitandi scientiam vel decorem, quae Hunnorum, Alanorumque natio velit imitari, si possit.
ad armature exercitacionem - - - - - - regula preliandi ymo vincendi artificium ingeratur quatenus virtute ac disposicione mirabilis Reipublice tue et Imperatoris officium exhybueris et militis.	ad armaturae exercitationem - - - - nunc regula praeliandi, imo vincendi artificium iungatur: quatenus virtute pariter ac dispositione mirabili, Reipublicae tuae et Imperatoris officium exhibeas et militis.
Liber IV.	
Prologus.	
Cunctos Imperatores felicitate, moderacione, castimonia, exemplis, indulgencia, studiorum amore precedis.	Cunctos Imperatores felicitate, moderatione, castimonia, indulgentiae exemplo, studiorum amore praecedis.
Sed disposicionibus vestre clemencie quantum profuerit murorum elaborata constructio Roma documentum est.	Sed dispositionibus vestrae clementiae quantum profecerit murorum elaborata constructio Roma documentum est.
Cap I.	
Urbes atque castella aut natura muniuntur aut manu aut utroque quod firmius ducitur Natura aut locorum editu vel abruptu, aut cirumfuso mari etc.	Urbes atque castella aut natura muniuntur, aut manu, aut utroque; quod firmius ducitur. Natura: aut loco edito vel abrupto, circumfuso mari, sive paludibus, vel fluminibus.
et opere reddantur invicte.	Videmus antiquissimas civitates ita in campis patentibus constitutas, ut deficiente auxilio locorum, arte tamen et opere redderentur invictae.
Cap. III.	
Quemadmodum murus e terra iungatur egesta.	Quemadmodum muris terra iungatur egesta.
Cap. VI.	
Neque enim facile transeunt spicula rem que cedit ac fluctuat.	Nec enim facile transeunt spicula, quod cedit ac fluctuat.
ut de ligno crates facerent, quas metullas vocaverunt. (Cfr. Schweb. in annott.)	ut de ligno crates facerent, quas metellas vocaverunt.

Codex.	Ed. Schwebelii.
	Cap. VII.
Una cum adversarius opportunis locis presidiis ordinatis vel aqua prohibet inclusos etc. (Cf. Schw. in annott., qui omnia ea, quae noster quoque cod. omittit, deesse in optimis libris dicit, quanquam res ea postulare videatur.)	Nunc sciendum est obsidendi duas esse species. Unam, cum adversarius opportunis locis praesidiis ordinatis, continuis insultibus impugnat obsessos. Alteram, cum vel aqua prohibet inclusos, etc.
Non solum autem porcorum et pastionum sed omne animalium genus.	Non solum autem porcinum, sed et omne animalium genus.
Nunquam periclitati sunt fame qui frugalitatem inter copias tenuerunt.	Nunquam periclitati sunt fame, qui frugalitatem inter copiam servare coeperunt.
ne penuria opprimeret milites a quibus moenia servarentur.	ne penuria opprimeret armatos, a quibus moenia servabantur.
Cap. VIII.	
ut dimissa per preceps non solum hostes obruant subeuntes, sed eciam machinamenta confringant.	ut dimissa per praeceps non solum obruant subeuntes, sed etiam machinamenta confringant.
	Cap. IX.
Coria quoque vel cruda corrigia prosunt colligi ad catafractas texendas. (Hoc loco corrigia melius se habere videtur, quam cornua; at forma vocis addubitanda, quia genus et declinatio repugnant; nec crudae corrigiae ferendum. Fortasse auctor scripsit: Corrigiae quoque vel cruda coria. Et texendas cum v. cataphractas melius congruit quam tegendas.)	Cornua quoque, vel cruda coria proficit colligi ad cataphractas tegendas.
	Cap. X.
Sed interdum sicciora sunt loca, quae montibus sunt saxisque munita, in quibus superposita castella ad extrema muri inferiores etc. (Cf. Schw. annott., cui altiora magis placet; mihi secus videtur.)	Sed interdum, si altiora sunt loca, quae montibus sunt saxisque munita, in quibus superposita castella; extra murum inferiores reperiunt fontium venas.
castellum parvulum quod burgum vocant.	castellum parvulum (quem burgum vocant.)
	Cap. XI.
Si sales defuerint etc.	Si sal defuerit, quid faciendum.
Si maritima sit civitas et sales defuerint.	Si maritima sit civitas et sal defuerit.
a calore solis mutatur in salem.	a calore solis duratur in salem.
	Cap. XIII.
enarremus.	quo etiam pacto praelientur vel repellantur, edisseram.

Codex.	Ed. Schwebelii.
	Cap. XIV.
que ne exuratur incendio corrigiis etc.	quae (sc. testudo) ne exuratur incendio, coriis, vel ciliciis centonibusque vestitur.
	Cap. XXI.
protenditur alias protruditur (Haec sunt ipsa verb. Cod.)	Exostra dicitur pons, quem superius exposuimus, qui de turri in murum repente protruditur.
	Cap. XXIII
culcitras funibus calcant. (Cf. Schweb. in annott.)	culcitas funibus calant.
cadat.	Quod si tanta vis fuerit, ut murus arietibus perforetur et (quod saepe accidit (decidat.)
	Cap. XXIV.
a leporibus qui cavernas sub terra fodiunt.	a leporibus, qui cavernas sub terris fodiunt.
	Cap. XXVI.
nisi clamore anserum excitatus etc.	nisi clamore anseris excitatus Manlius restitisset.
	Cap. XXX.
aut enim linum tenue et expeditum uno capite nectitur in sagitta.	aut enim linum tenue expeditum uno capite nectitur in sagitta.
	Liber V.
	Cap. III.
(Hic quidem esse, quod Schw., nihil monens in commentario critico, uncis inclusum dedit, abest a Cod. nostro.)	experimento tanti certaminis patuit (esse) Liburnorum naves caeteris aptiores.
	Cap. V.
usque ad XXIIdam. (Schw. hanc lectionem optimorum librorum esse dicit.)	Observandum praecipue, ut a quinta decima luna usque ad vicesimam tertiam arbores praecidantur.
	Cap. VI.
Quo mense cedende sint arbores.	Quo mense caedendae sint trabes.
	Cap. IX.
Ventorum, imbrium, nivium gemina sevicia. (Hanc lectionem tantum attuli, quod magis eam firmat, quam in textum recepit Schwebelius. Cf. annott.)	Ventorum, imbrium vel nivium geminata saevitia.

Codex.	Ed. Schwebelii.
	Cap. XI.
Lune orbis ostendit Ostendit quippe rubicundus color.	Multis quoque signis et de tranquillo procellae et de tempestatibus serena produntur, quae velut in speculo Lunae orbis ostendit. Rubicundus enim color ventos, caeruleus indicat pluvias.
Haec gubernatores se scire si profitentur sed hac tenus qua tenus eos imperitus usus instituit non altior doctrina firmavit.	Haec gubernatores si se scire profitentur, peritiae magis usus instituit, quam altior doctrina firmavit.
	Cap. XIV.
Precipua ergo debet esse teguminum cura ut catafractis vel loricis vel galeis et ocreis muniti sint milites.	Praecipua ergo esse debet teguminum cura, ut cataphracti, vel loricati, galeati etiam et ocreis muniti sint milites
	Cap. XV.
(A verbis Praeterea u. e. cet. novum Cap. incipit hujus argumenti: Quid fiat ut aperto Marte bellum navale comitatur.)	Praeterea utile est, ut alto et libero mari tua semper classis utatur; inimicorum vero pellatur ad littus etc.

rubro colore

Incipit liber Flauij Vegecij
Renati vnà illustris Epythomya
ms̃ tutorium rey militaris ad theo
dosium Imperatorẽ felicẽ ms̃ ylla

Magnis te
poribus mos
fuit bonaꝝ
artiũ studia
mandare li
teris aut m
libris redacta
offerre p̃mu
pi quanegꝫ
rẽte aliquid
inchoari mst
pnotum sint Imperatoru Regꝫ quoꝝ
magis decet meliora sãe de pluza
quam p̃uapez/ cuiꝰ doctrina amb⁹ pt
prodesse subiectis Ut Octauianum
husum ait bonas dem teps p̃uapes
habent habuisse/ sequẽtib⁹ de clarum
exemplis/ sit regnãtem tesamo
nũb rezmt eloquetia dum non
tuta im andatia/

Nachricht

von dem Zustande

des

Königlichen Gymnasiums

zu Lissa

während des Schuljahrs von Ostern 1835 bis Ostern 1836.

WIADOMOŚĆ

o stanie

Królewskiego Gimnazyum

w Lesznie

w ciągu roku szkónego od Wielkiéjnocy 1835r. aż do tegoż czasu 1836r.

A. Lehrverfassung.

Im verflossenen Schuljahre wurden folgende Lehrgegenstände abgehandelt:

In Prima.

Ordinarius der Director.

Cursus 2jährig.

Lateinisch. Horatius' Satiren, 2tes Buch — Episteln, 1 Buch (lateinisch interpretirt) 2 St. wöchentlich — der Director. — Tacitus' Annalen 3tes Buch — später de situ et moribus Germaniae, 2 St. — der Director. Cicero de officiis, Lib. I — seit Michaelis Orator (lateinisch interpretirt) 2 St. Matern. Die Stilübungen bestehend in: Correctur freier Aufsätze, Extemporalien, Memoriren Ciceronianischer Reden, freier mündlicher Darstellung leitete der Director, seit Michaelis wurde aber auch dem Professor Matern eine Extrastunde übertragen, 4 St.

Griechisch. Sophokles' Elektra, später Euripides' Alkestis (lat. übersetzt und interpretirt) wöchentlich 3 St. der Director. — Cursorische Lesung des Homer, 1 St. derselbe. — Platon's Phaedon 2 St. Cassius. — Grammatik und Schreibübung 1 St. der Director.

Hebräisch. Das Buch Josua cp. I, XI, XII, XXIV und 16 Psalmen, dabei grammatische Uebungen nach Gesenius, und Schreibübungen, 2 St. Matern.

Deutsch. Correctur und Besprechung der fünfwöchentlichen Arbeiten — Literaturgeschichte seit Opitz bis auf die neuesten Zeiten — Erklärung auserlesener Literaturstücke 2 St. Olawsky.

Polnisch. Correctur der schriftlichen Arbeiten — Leitung der mündlichen Vorträge — Geschichte der polnischen Literatur, besonders der Werke in Prosa von den ältesten bis auf die neuesten Zeiten, 3 St. Poplinski.

Französisch. Lectüre von Ideler's und Nolte's Handbuch — Grammatische Uebungen nach Leloup — Correctur und Besprechung der Aufsätze — Leitung der mündlichen Uebungen bestehend in Erzählungen aus der neuern Geschichte — 2 St. Steck.

Religionslehre. (combinirt mit Secunda.)

a) Evangelisch. Die Lehre von der Selbst- und Nächsten-Liebe — Einleitung in die biblischen Schriften, nach eigenen Heften — Lesen des Neuen Testaments im Grundtext 2 St. Schiedewitz.

b) Katholisch. Einleitung in die Religionslehre. Geschichte der christl. Religion und Kirche bis auf Karl den Grossen. — Lesen des Neuen Testaments im Grundtext (Evang. Joannis, nebst dessen Briefen). Tyc.

Geschichte. Neue Geschichte von 1723 bis auf die neneste Zeit — dabei Repetition der griechischen und römischen Geschichte 2 St. Tschepke.

Mathematik. Wiederholung der Lehre von der Lage der geraden Linien gegen die Ebene, der Ebenen gegen einander, und von den Polyedern, ferner von den drei runden Körpern. Uebungen in der Auflösung von Aufgaben aus der ebenen Trigonometrie (schriftlich) 2 St. — Wiederholung des binomischen Lehrsatzes, der Theorie der Gleichungen, und Uebungen in der Auflösung der bestimmten Gleichungen vom 1sten und 2ten Grade, mit einer und mehreren unbekannten Grössen, 4 St. von Putiatycki.

Physik. Die Lehre von der Bewegung. Optik. Katroptrik. Dioptrik. Farbenlehre; 2 St. derselbe.

A. Naukowość.

W upłynionym roku szkolnym traktowano następujące przedmioty naukowe:

W Klassie Iszéj.

Ordynaryusz: Director.

(Kurs dwuletni.)

Łacina. Satyry Horacyusza 2ga księga. Listy 1sza ks. (połacinie objaśniano) 2 godz. na tydzień, Director. — Tacita Roczniki 3cia księga, późniéj de situ et moribus Germaniae, 2 godz., Director. — Cicero de officiis Lib. I. od Śgo Michała: Orator (połacinie objaśniano), 2 godz., Matern. — Ćwiczenia stylowe składały się z wolnych wypracowań i extemporaliów, uczenia się na pamięć mów Cicerona, tudzież z wprawy w ustne wysłowienie, 3 god., Director; — od Śgo Michała także Prof. Matern dawał jednę nadzwyczajną godzinę.

Język grecki. Sophoklesa Electra, późniéj Euripidesa Alkestis (połacinie tłumaczono i objaśniano) na tydzień 3 godz., Director. — Kursorycznie czytano Homera, 1 godz., tenże. — Platona Phaedon, 2 godz., Cassius. — Grammatyka i ćwiczenia stylowe, 1 godz., Director.

Język hebrajski: księga Jozuego cp. I, XI, XII, XXIV, i 16 Psalmów, przytem grammatyczne ćwiczenia podług Geseniusza i ćwiczenia w pisaniu, 2 godz., Matern.

Język niemiecki. Poprawa i uwagi nad 5cio tygodniowemi robotami. — Historya Literatury od Opitza aż do najnowszych czasów. — Objaśniano celniejsze wyimki, 2 god., Olawsky.

Język polski. Poprawa piśmiennych robot, — ustne rozprawy, — historya literatury polskiéj, szczególniéj dzieł prozą pisanych od najdawniejszych czasów, aż do dni naszych, 3 godz., Popliński.

Język francuzki. Czytano wypisy Idelera i Noltego. — Grammatyczne ćwiczenia podług Leloup. — Poprawa i uwagi nad robotami, — na ustne rozprawy, zadawano zdarzenia z nowszych dziejów, 2 godz., Steck.

Religia razem z klassą IIgą:

a) Ewangelicka. Nauka o miłości samego siebie i bliźniego — wstęp do pisma Śgo podług własnych poszytów. — Czytanie nowego testamentu w texcie oryginału, 2 godz, Schiedewitz.

b) Katolicka. Wstęp do nauki religii: historya religii chrześciańskiéj i kościoła aż do Karóla W. Czytanie nowego testamentu w texcie oryginału (Ewanjelią Jana, tudzież jego listy), X. Tyc.

Historya. Najnowsza historya od roku 1723 aż do naszych czasów — przytem powtarzano historyą grecką i Rzymską, 2 godz., Tschepke.

Matematyka. Powtórzenie nauki o położeniu linii prostych względem płaszczyzn, płaszczyzn względem siebie i o wielościanach, nakoniec o trzech okrągłych ciałach. Ćwiczenia w rozwiązywaniu zadań z trygonometryi prostokreślnéj (napiśmie) 2 godz. — Powtórzenie binomu, teoryi równań, i ćwiczenia w rozwiązywaniu równań oznaczonych 1go i 2go stopnia z jedną i więcéj niewiadomemi wielkościami, 2 godz., Putiatycki.

Fyzyka: nauka o ruchu. — Optyka, katroptyka, dioptryka, nauka o kolorach. 2 godziny. Tenże.

Philosophische Propädeutik. Uebersicht der Psychologie und Logik, 1 St. Olawsky.

Naturbeschreibung. Uebersicht einiger naturhistorischer Systeme, nebst den Gesetzen ihrer Anordnung (nur im Winterhalbjahre) 1 St. Fleischer.

Gesang . . . . .)
Zeichnen. . . . .) siehe unten.

In Secunda.

Ordinarius Professor Cassius.

Cursus 2jährig.

Lateinisch. Virgils Aeneis lib. IV und V, abwechselnd mit prosodischen und metrischen Uebungen 2 St. — Cassius. Cicero's Catilinariae IV, 2 St. — Livius lib. XXI bis cap. 40, 1 St. derselbe. — Stilübungen: Syntaxis ornata nach Zumpt, Correctur freier Aufsätze, Exercitia (oft Extemporalia,) mündliche Phraseologische Uebungen, 3 St. Matern.

Griechisch. Homer's Iliade I — IV, 2 St. der Director. — Plutarch's Lebensbeschreibungen: C. Gracchus und Brutus, 3 St. Cassius. — Syntax und schriftliche Uebungen, nach Rost und Wüstemann, 2 St. derselbe.

Hebräisch. Das Hauptsächlichste aus der Formenlehre, nach Gesenius — schriftliche Uebungen hierüber — Lesung des Geseniusschen Lesebuchs von pag. 3 — 41, 2 St. Matern.

